



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

12. De mixtura Affectuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

alic cythara ludentem, aureas beatas. Cæterum cantus erat terræ laudatio; cui quidem de aureo cytharo libare mihi videtur, quod puellam oeculuerit dehiscentes, ad sese deinde contrahens.

Tandem describit incendium, in quo ridiculum est, quod ait, Iulianum Imperatorem, ubi de templi incendio rumor auditus est, Mercurij talaria quæsiuisse, ut ad flammam restinguendam properaret, Nymphas è suis fontibus egressas, ingentem luctum excitasse. Postremò concludit:

Præsta te mihi talem, Apollo, qualem te reddidit Chryses, dum Græcis imprecaretur, iræ plenum, & nocti ad similem: quandoquidem tibi ornamenta cum redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus: præceptum est, quod colamus simulachram, haud aliter, quam si sponfus aliquis interim dum cotollæ contextuntur, moriatur.

Hi non sunt affectus, sed deliramenta, ut præclarè animaduertit D. Chrysostramus.

De languidis affectibus, & ijs, qui vocantur ἀπαισίοι.

CAPVT XE.

Dorionis egregium dictum. Ache. l. 3.

DOrion ille quidem tibicen haud ignobilis, & præ cæteris factus, ut multas in omne genus hominum, sic in poetas, & oratores plerasque contorsit argutias, qui in rebus magnis describendis fuissent argumento longè inferiores. Itaque cum tempestatem à Timotheo descriptam in nauta legeret, liquidò affirmavit, se in feruenti cacabo vidisse vehementiorem. Hoc plerisque oratoribus accidit, qui in ijs affectibus effingendis, qui vehementiam habent non mediocrem, ita ipsi semissi sunt, & languidi, ut multum de rei maiestate detrahant. Quis enim fingere non patet, qui in grauissimis iniurijs languorem orationis simul habeat, & actionis? Natura ipsa in istis sua sponte prostrat satis, nec anterioribus indiget incitamentis, nam & imperiti & barbari, dum suas, aut propinquorum lamentantur iniurias, ita voce, vultu, & tota actione se gerunt, ut appareat eos, quod agunt, imis sentire me dullis, ac visceribus, si quis igitur orator ita est naturæ imbecillitate constitutus, vel etiam voce, & lateribus ita tenuis,

ut nec possit indignari, nec irasci, nunquam huiusmodi argumenta tractare debet.

Quis Martem iuncta testum adamantina dignè dixerit, aut puluere Troico Nigram Merionem aut opo Pallada Tydidem superis parem.

Horat. carm. ode 11.

Qui genium habuerit potentis naturæ, quam non omnino in hac re cedendum est naturæ, sed si vehementius, quam par est, incitata fuerit, restringenda est nonnunquam, & ardoris cursus compescendus, ne in eos motus incidamus, quos Rhetores κωλαίσις nominant, inconditos scilicet, & agrestes, nec palæstræ cultura perpolitos. Sic Oratori modestia, quod C. Graccho Erycinus seruus: quæ non fistulæ eburneæ, sed rectæ rationis lege, modò inconditi motus vastitatem colligat, modò intemperantis vehementiam reprimat, modò lasciuientis luxuriam amputet, ad summum, omnia iuxta decori leges & iura componat.

De mixtura affectuum.

CAPVT XII.

Dilectationis mater est varietas, quam, ut natura in rebus, sic in oratione ars, & ipsa quæ conficitur ex arte ratio, prudenter obseruat. Non erunt igitur omnia uno affectu perterenda, sed prouerterunt, actionumque dissimilitudo postulabit, grata disparitate miscenda, quam necessarius actionis excitata quadam species, atque admirabilitas consequitur. Et hoc ipsum in Sapphone Poetria de meliore nota commendat Dionysius Longinus, quod ut sublimis artifex, diuersus motus summa varietate, nec minus eleganti pulchritudine temperaret, ut in istis versibus:

Φάνε' αἰ μοι κείν' ἴσ' ἑ δαίοισιν  
Εμ' ἔδω, ἢ πῶ ὅτις ἴναυτί' τοι  
Ἰζάνει, ἢ πλοῖον ἀδουφάνει  
Σαῦ' ὑπαίθει.  
Καὶ γενέσθαι ἰμερδὲν τὸ μοι τὰρ  
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπιθώσσει,  
Ὡς ἴδον ο' ὡς βρόγχον ἔμοι γὰρ αὐδᾶς  
Οὐδ' ἔδ' ἤκει.

Et cæteri, quos Latinos habes apud Catullum.

Aaa ; Sed

Sed quis in eo Euripidis, & Senecæ Medeam non mictetur? quanta dexteritate miscent affectus, quam admirabili varietate distinguunt.

Vehemens omnino motus, etiam addito per manes, & inferos iureiurando: sed tamen quasi torrens ad robustissimum obicem sedit, postquam liberis diffusiuuata est, intimis Phœneis Phœnias aculeis lancinata.

τολόγη μο-  
τιμο κριε εκ-  
ραβίω.

Ω τέκνα, τέκνα, τρώων μὲν ἔστι δὴ πόλις,  
καὶ δὲ μὲν εἰς τὸ λιπὸντες ἀθλίαι εἰμὲν,  
οὐκ ἔστι γὰρ μητέρα ἔτερη μένοι:  
ἐγὼ δὲ ἐς ἄλλω γούναϊ εἰμι δὴ φύλας,  
πρὶν σφῶν ὄνασθαι, καὶ πρὶν εὐαίμονας,  
πρὶν λέξθαι, καὶ γυναικῶν, καὶ γαμηλίας  
εὐνάς ἀγῆλαι, λαμπράς τε ἀναχθεῖν.  
Ω δυσάλαστα τ' ἔμης ἀντιπάδαι, &c.

Δότ', ὦ τέκνα,  
Δότ', ἀσπασαδε μή σι δ' ὄξειον χέρα  
Ω φίλτατ' ἡ χεῖρ, φίλιαι ἰὼν δέ μοι εὐμαίαι  
καὶ σχήμα, καὶ πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων  
εὐδαιμονοῦτορ. ἄλλ' ἔχει, τὰ δὲ σὸ θάδε  
πατὴρ ἀφείλετ', ὦ γλυκεῖα προσβολή,  
Ω μαλθακὸς χροῖς, πνεύμα δ' ἴσον τέκνων,  
χωρεῖτε, χωρεῖτε, σὸν ἔτ' εἰμι προσβλήπειρ.

Suaus est iste motus, moderatè tristis, & leniter in intima pectoris insinuens, statim tristitiæ immiscet mollem risum innocentissimum animarum, quæ morti ablandiuntur, ex quo ignescit dolor.

Nec inferior in his affectibus miscendis Seneca, quam artificiosissimè enim Medeam de nece liberorum cogitantem exprimit.

Φεῖ φεῖ ἢ παροδέρκεσθε μὲ δμμασιρ  
τέκνα;  
Τί προσγελᾶτε τ' ἑκείνα πον γέλωρ!  
Ἐν inter hæc horror, & deliquium animæ.  
Αἰεὶ ἢ δράσασθαι καρδία γρηγοίχθαι,  
Γνωσκέτε, δμμα φασίδρον ὡς εἶδον τέκνων.  
Mox auersatur consilia de cæde liberorum concepta.

Non statim tam demens, & furiosus exurgit affectus; sed ut cruenti, & horribiles cometa ex vario halitu paulatim concretescunt, ita ex varijs motibus, præuiciaque rerum aptissime conexarum dispositione, vehementissimus ardor pectoris incitatur.

Cometa  
breui pro-  
gressu co-  
metarum  
sunt motu.

Οὐκ ἀνδραγαθία, χαρῆτω βελύματα  
τὰ παρόδου, ἔτω παύσασθαι ἐκ γαίας ἔμψε.  
Statim resumit dolorem, misericordiam, metum in furiosam læticiam, crudelitatem, iracundiam, audaciam commutat.

Primum, ut leones singulari certamine congressuri, illa idētidem cauda percursorantes, robur excitant, ita languentem animum ad maiorem iracundiam irritat.

Incumbe in iras, τῶν; languentem excita:  
Penitusq; veteres pectore ex imo impetus  
Violentus hauri: quidquid admissum est ab-  
huc,  
Pietas vocatur.

Καὶ τοι πὶ πάσχω, βέλομαι γέλωρ ὄφλημ  
ἐχθροῦς μεθεῖτα τοῦς ἔμοῦς ὀζημίαις;  
Τολμητόρ.

[Deinde]

Deinde subitò ista affectuum moles, quasi fluctus ad saxum allisi frangitur; & post inanes ventos, veluti ridentis cæli clementior aura succedit.

Medea nunc sum, creuit ingenium malis.

Α ἄ μὴ δῆτα θυμὸς, μὴ σὺ γ' ἐργάσθαι τὰδε,  
Ἐαθ' αὐτοῦς, ὦ τάλαρ, φεῖσάω τέκνων.  
Sed quam breuis est bonorum portio. Ecce qui inter doloris, & iracundiæ cæcitatē, veluti radius lucis emicuerat, iterum densissimis tenebris circumfunditur:

Ita proludit furorī, & veluti classicum canit. Mox quam artificiosè, quamque per varios anfractus, in vehementissimum illum, quem intendit motum delabitur, necsciò quid animo iam delibauit, tamen ad primos tam atrocis malitiæ impetus, bonæ in dolis semina quædam restiterunt, subemuit, & refugit:

— Nescio quid feror  
Decreuit animus intus, & nondum sibi  
Audet fateri.

Μὰ τοῦς παρ' ἄδλω νευτέρους ἀλάστορα,  
οὔτι ποτ' ἔσαι τὸ δ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ  
Παῖδας παρῆσθω τοῦς ἔμοῦς χαυβερίσσασθαι,  
Πάντως σφ' ἀνάγκη καὶ θάνατον.

Disimulat igitur pudore confusa, quod primum cogitauerat, & aliud proponit haud multum dissimile.

— Senla properans nimis:  
Expallida vi inuato liberos hostium meum

ἀλλ'

Aliquis haberes.

Statim excludit illam moderationem, & vela permittit furori, etiam specioso, vt opinatur, & quo praxextu.

Quis quid ex illo tuum est,

Crensa peperit, placuit hoc pœna genus.

Meritoquis placuit Vltimum magno scelus

Animo parandum est: libori quondam mei,

Vos pro paternis sceleribus pœna date.

Apertè luit audacia. Mox succedunt in scenam verecundia, metus, misericordia.

Cor populis horror, membra torpescunt gelu,

Pectusq; tremuit, ira discessit loco:

Materq; ita coniuga exprobra redit.

Egone, vt meorum liberum, ac proles mea

Fandam cruentam? mo' ius: an demens furor!

Statim, vt in alterais vndis recurfant furores.

--- Occidant: non sunt mei.

Et derepente.

--- Mei sunt, & culpa carens.

Et quæ sequuntur profus ab Euripide expressa.

Heu caraproles! vnicum affi' tæ domus

Solamen: huc vos ferre, & infusos mihi

Coniungite artus.

Postremò serenum illud, doloris, & furoris turbine confunditur.

--- Rursus ignescit dolor,

Et feruet odium: reperit inuisam manum.

Antiqua mentis ira, quæ ducit, sequor

Placet etiam Iosephum in eodem argumento audire, vbi matrem Hierosolymitanam describit, se ad filioli necem accingentem.

Βλέψου (εἶπεν) ἀθλιον, ἐν πολέμῳ, καὶ λιμῷ, καὶ θάσει, πεισθητήτως τὰ μὲν παρὰ ῥωμαίων δούλεια, καὶ ζῆλον ἐπ' αὐτοῦ, εὐχέλαιοι δὲ καὶ δουλείαν ὁ λιμός, οἱ γαστραὶ δὲ ἀμφοτέρων χαλεπώτεροι. Ἴδι, γενεῶ μοι Ἰσραήλ, καὶ τοῖς γαστραῖς ἐρινύς, καὶ τῶ βίῳ μὲν, ὁ μόνον ἠλλείπων τῶ ἰσραήλ συνφορῶς.

Misera (inquit) soboles, cui te refero in bello, & fame, & seditione? Apud Romanos si vixetis, seruiturus es, vel certè fames praxucate seruitutem: sed omni seruitute, & fa-

me crudeliores sunt seditiosi: Motere, & esto matri cibus. seditiosis furia, & humana vitæ fabula, quæ sola deest calamitatibus Iudæorum.

Iosephum cum Euripide, & Seneca, in Roma capta ab Alarico sic expressi, & miscui: vbi Romana mater ad eandem lanienam acuitur:

Cui te refero, matri infelix puer,

Cui dira Brynni tortili primas iuba

Amplexa cunas, oris afflavit nigri

Letibala viri: iduræ Lucina labor!

Cui te refero: ut refero: ad quæ necesse

Ad gladium, an ignes: ad famem? an pestem, & feras?

Morere Leona, morere, sis matri cibus,

Solare rabiem ventri incocti, miser,

Miser Leona morere, sis matricibus.

Te, dulca pondus, mensibus donu tuli,

Clauum sub alio visceribus autum meus;

Et nunc repende gratiam matri, puer.

Relicta pridem viscera introversum subi.

Deinde, vt fert istorum motuum ratio, spiritus furialibus incitatur ad nefas.

Incesta facies Diræ ineluctabilis,

Quid fœda gyro membra ferali rotas?

Ad omne facinus non rudem dextram afferero:

Feriam, peribit, glisciam carnos meas.

Mox succedit miseratio, & ad pueri vocem grauiiter commota exclamat:

O dulce germen matris: o sanguis meus!

Eheu repentes preluunt lacryma gena!

Pietas recurvat, corda mitescunt fera.

Rursusque mater, stigræe cincta, redit.

O tenera membra, o dulce caput, o stos tanger!

O labra mellea, o manes, o lumina!

O parci nate, parce genitrici tua.

Animula dulcis viue, morietur parens:

Morietur auarax, impium & vecors capus:

(Iterum stimulant miseram furie.)

Seruabo Gotthu liberos: iterum furor:

En iterum Brynni corde bacchatur fero,

Lymphata versat pœtora, exagitat, coquit:

Omnes in illo corpore excepti rogos,

Quoscumque saui bulla Typhonis crepans.

Non ibo inulta, quod dlibes possum malum,

Fidem, pudorem, numen, excurbo ocyms.

Hinc præliantur affectus.

Morietur inson? sed lupa fontis puer.

Mem est, & isto ventre condetur meus.

Nasi sepulchrum fiet hic matri sinus.

Motus ex Iosepho, Euripida & Seneca expressi.

Ioseph. l. 7. de bello Iud. c. 11.

Mac

*Hæc sola restat fabula, & magna venit  
Spectanda scena, deser audaces manus.  
Perge ira, perge.*

Subdit statim, & intepefcit:

*— Vincer infelix parens,*

*Hæc cor rigescit, membra torpescunt gelu!*

*Perimora natum, fundere cruorem meum!*

*Comedere carnes? melius: Ah domens fu-*

*ror!*

Resilit statim motus, quasi violentus satelles,  
& miseram rapit:

*Morietur: esto, quid moror ipia, impia!*

*Morietur: esto.*

Hæc mixtura affectuum plurimum habet vi-  
rium, & suauitatis.

At dices? si dolor, & iracundia solo excitanda sit, eruntne lætæ species adhibendæ? id omnino cum dexteritate præstandum est. Solent plerumque lætæ præmitti, quo ex eorum iactura grauius postea stimuletur dolor, quod in Aristidis exemplo docui, ubi nobilissimæ urbis amœnitatem, & delicias commemorans, viam sibi sternit ad monodiam. Cauendum est tamen, ne cum doloris aguntur partes, facera quædam, & iucunda intempestiuè misceantur, quæ gliscentem plerumque motum elidunt, & lætia conuertunt in risum.

#### De modo, & ratione mouendi.

#### CAPVT XII.

IN modo, & ratione mouendorum affectuum hæc præcipuè sunt obseruanda.

*Captanda  
occasione  
mouendorum  
affectuum.*

Primo, postquam orator, & personarum, quas constituit permouere, & suarum virium exploratam habet rationem, debet omnino rerum cætera quæque adiuncta diligentissimè examinare. Contingunt enim aliquando tempora, ubi repentino aliquando casu iam commoti animi flexibiles sunt, & in eam, in quam semel inclinarunt parrem, facillimo ictu impelluntur. Itaque tunc feliciter cadunt oratorum tali, cum eis locus, & ratio temporum; cæteraque id genus famulantur. Contrà, difficilius est mouere, ubi iam senio ad similes affectus pectora obduruerunt, aut contrarijs etiam affectibus occupata, impeditaque sunt: tunc certandum rationibus, instandum, colluctandum, nihil enim inanes motus efficiant, nisi pernicax aduersus ea, quæ dicuntur, iudicium, dextro Marte expugnatum fuerit. Doccadus est, atque eru-

diendus etiam imperitorum intellectus, antequam motus inardescant, & nunquam ex abrupto incipiendum, nisi iam mixtæ rerum circumstantiæ egerint, quod erat ab oratione expectandum: licuit Cicconi ita exordiri.

Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? &c.] Et prudenter quidem in eo fecit, iam enim ita partim metu, partim iracundia, & dolore incitati erant omnium animi, ut magis ipse, nascentibus veluti affectibus obstetricari videretur, quam nondum natos generare, ac de formare. Quod plerique malè accipientes in frigidis, & ledatis argumentis, statim in acutissimos erumpunt locos.

Secundo, Et si comparare animos ad motum oporteat, magnâ tamen curâ prouidendum est, ne ipsi accersiti, aut intrusi videantur affectus, si enim comparati, si affectati, si nimis artificiosi appareant, quasi detecti hostium subterranei cuniculi, aut eliduntur, aut minus habent virium. Elicienda est permotio latenter, non autem cum ea aperto Marte pugnandum.

*— Nec nocte paratum*

*Florabit, qui me volat incuruisse querela.*

Qua in re lepidissimum est, quod narrat Quintilianus de adolescentulo caussidico, qui apud Cassium Seuerum dicturus, inter cæteros motus comparauerat, *Quid me toruo vul-  
tu intueris, Seuere? Ad hæc frigide vir grauis:  
Non mehorcules, inquit, faciebam, sed sic scrip-  
sisti.* Ecce & quam potuit truculentissimè e-  
um asperxit. Alius transtulit aliquando puellam, quæ soror esse aduersarij dicebatur: (nam de hoc lis erat) in aduersa subsellia, tanquam in gremio fratris relicta. At is præmonitus jam decesserat. Tum ille alioqui vir facundus, inopinatè rei casu obmutuit, & infantem suam frigidissimè reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magnum putauit, & ea sæpius risum fecit; nam & hi, quorum officij erat, ut traderent eam ad epilogum, ignari quid esset epilogus, quoties respexisset patronos, offerebant palam, & proliata nouissimè deformitas ipsa imaginis, præteritam quoque gratiam orationis perdidit.

Târùm est in insulsis motibus periculi. Quid igitur nihil erit apparandum? quid, & quomodo dicas non erit meditandum? Absit: Affectibus enim proprias sententias, & verba

baa.